ſecula filium ineffabiliter genu-
iſti: Cum quo atqꝫ cum ſancto
ſpiritu exiſtente eodemqꝫ filio
procedente: celum terram atqꝫ
omnia quecūqꝫ exiſtunt: Viſi-
bilia et inuiſibilia mirabiliter
creaſti. Tibi gratias ago. Te a-
doro. Te laudo. Te benedico. Te
qꝫ magnifico. Eſto queſo propi-
tius mihi miſerrimo peccatori ⁊
ne deſpicias me opus manuum
tuarum. Sed libera ſalua ⁊ adiuua
me propter nomen tuum. Qui
uiuis et regnas deus per omnia
ſecula ſeculorum. Amen

Oratio ad Filium. ℣.
Fili redemptor mundi deus. ℟.

MS. UR, Frag. 351.20

Miſerere nobis. **Oremus.**

Domine ieſu chriſte fi
li dei uiui qui es uer⁹
⁊ omnipotens deus
ſplendor et ymago pa
tris: et uita eterna. Cui eſt una
cum eterno patre et ſpiritu ſácto
equalis honor: eadem gloria co
eterna maieſtas una ſubſtantia:
Tibi gratias ago: Te adoro: Te
laudo: Te benedico: Teq₃ glori
fico: ne me queſo perire patiaris.
Sed ſalua et adiuua me propter
nomen ſanctum tuum. Qui ui
uis et regnas deus per omnia ſe
cula ſeculorum. Amen.

Oratio ad Spiritu ſanctum.

B00049 Don Williams

uerſione diuinitatis in carnē: ſed
aſſumptione humanitatis in deū.
Unus omnino non confuſione
ſubſtantie: ſed unitate pſone. Nā
ſicut anima rationalis ⁊ caro unus
eſt homo: ita deus et homo unus
eſt chriſtus. Qui paſſus eſt pro
ſalute noſtra: deſcendit ad inferos:
tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcē
dit ad celos ſedet ad dexteram dei
patris omnipotentis: inde uentu
rus eſt iudicare uiuos ⁊ mortuos.
Ad cuius aduentum omnes ho
mines reſurgere habent cum corpo
ribus ſuis: et reddituri ſunt de factis
proprijs rationem. Et qui bona
egerunt ibunt in uitam eternam:

MS.MR.Frag.351.82

qui uero mala in ignem eternum.
Hec eſt fides catholica quam ni-
ſi quiſque fideliter firmiterque
crediderit: ſaluus eſſe nō poterit.
Gloria patri et filio et ſpiritui
ſancto: Sicut erat in principio
et nunc et ſemper et in ſecula ſe-
culorum. Amen:

Sequitur
Los verſos de ſant Bernat.